



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

24 [i.e. 25]. Neophyt. mors peste cont. infer.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

Iesu nomen suo excusa ære, larga manu in quamplurimos tribuebat, & strenuitatem nostrorum in Christi negotio quoad laico licet, iurabatur diligentissimè, aiens, cum ij leucarum tot millia & discrimina emensi, ærumnas perferrent, & vexationes continuas, in quædam Sinensium animis, æquum esse illos ab Sinis iuuari, ad inueniendum quod quærebat. Sic ille pariter quem ante meminimus in armis Doctor, celebris Mandarinus, Nancium munus Apostoli erga suos milites obibat, præibatque illis virtute nobili ad conuersionem, omnemque probitatem, & filios (quos dederat Patribus educandos) totamque familiam de morum suorum pietate fingebat. Viros eiusmodi præstantes quod religioni latius proferendæ aditus facerent, instituebant nostri eo consilio & cura vt possent altis Magistri esse. Ad hoc irem ipsi vt apti fierent, nullis pareebant incommodis, quo sacrificiis diuinis aliisque promouendæ virtutis præsidis interessent, nec defuere qui per annis testagnationem vmbilico tenus longè in templum euaderent: iam ille apex charitatis mori pro fratribus prodigi, in quosdam præ aliis Sin Philippo excelluit, magno quantum iam ænum, probitatis annis documento erat Christianis, & pestilentia grassante, ministerium & vitam, contactorum leuandis miseris addebat, tactus non multò post ipsemet, & ritè factis procuratus, ad vitium halitum tollendis ad cælum manibus & oculis, signanda fronte signo crucis, Iesu & Maria nominandis, quoad plane defectus viribus, labiorum motu, animi cum Deo prodebat colloquia: & amorem crucis, quam pollice altero, in vola manus alterius ducebat, addebat morienti mater; mortuo dolere nescia, & felicitatis ostentans, narransque pignora, prolixas preces, dura ieiunia, noctes peruigiles, flagella, cilicia, quibus tam boni filij iacturam læta solabatur. Ad hunc item vitæ contemptum pertinet, quod Nancianenses aliquot Christiani, locum forte ingressi quem multis statuis Ethnici adornarant, non sunt veriti signum crucis aduersum ducere; conspicati hoc Ethnici, & experti Deos seu dæmones suos, eius signi aspectu diffingere, pugnis, calcibus, fustibus inuadunt Christianos cæduntque ad fatietatem quorum fuit nemo quin contumeliam atrocem quam proclue iis erat prohibere, magno sibi honorj duceret, Vnus Matthias nomine, in quem potissimum sauebant, vt proceritate & robore ad resistendum validior, sic patientia clarior, Martyrij memor quod sæpè à Deo petiisset parum est, aiebat ad ea quæ pro Deo meo perpeti cupio; vel occidite si lubet, nihil obstitero, nec in vos digitum mouero, Accurrentes verò aliunde ad hunc strepitum Christiani, gaudere, gratulari, omnes domum nostram pariter venire, lætisque à Patribus amplexu excepti cum illo ante aram beneficij gratias agere: haud fuit tamen suum scelus Ethnicis impunè illius auctor & signifer paucis diebus interiit, alios pena minor quidem; sed grauis secuta est ad prohibendam cælitus à Christianis assiduam Ethnicorum insolentemque

24.
Neophyt.
mors peste
cont. infer.

26
Ardor fid. &
patientiz
Christ.